

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Htz: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestam nerezum M. Petri a Jera.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrani
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

40 XLVI

am 45

IN NUPTIAS

Virtute, doctrina, jurisq; scientia
ornatissimi juvenis

DN. FRIDERI-
CI HAMELII, LL.

Candidati:

Viri amplissimi atq; prudentissimi

DN. FRID: HAMELS Senioris, in-
clytæ Reipub. Servestanæ Primarii
Consulis F. SPONSI,

ET

Honestissimæ fæminæ MARIÆ, Viri
quondam dignitate & pruden-
tia conspicui,

DN. ISAACI ZIEGLERI, Reipub. Serve-
stanæ Consulis piè defuncti, re-
lictæ viduæ SPONSÆ,

Serveste Celebratas

Die VIII. Novembris, Anno Christi

M. DC. XIII.

Carmina conscripta ab amicis &
fautoribus.

SERVESTÆ,

Excudebat Zacharias Dörfferus.



1111

DN. FERDINANDI
ET HANNOVERIENSIS

Electissimus Princeps
et Elector

Electoralis Palatinus
et Archiepiscopus

Electoralis Palatinus
et Archiepiscopus





Ad doctrina & virtute ornatiss:

V I R V M

Dn. FRIDERICUM HAMMELIUM
LL. Studiosum Sponsum.

Κεῖνοςόν θεὶ γαμήσαι, ἢ συζῆσαι.

1. Cor. 7. v. 9.



SE, docet Paulus, satius, sibi jungere nu-
ptam,
Quam gerere iusta malis corda cupidi-
nibus.

Verè etiam dixit præsul Paphnutius olim:

Synod.
Nican.

Virginitas vera est, connubialis amor.

Rectè ergo, FRIDERICE, facis, quòd cœlibis, audes,

Contemptor vitæ, vincla subire tori,

Adsciscisque tibi Sociam, qua conjuge dignus

Esse ciues: Sed te digna quoque illa viro.

Vtque sui radiis splendet nupta mariti:

Vide Constit.
Newell.

Eximium confert sic decus illa viro.

Ambo estis virtute pares, Majoribus ambo:

Esse in amore pio vos precor usque pares.

Vestra ita progenies extendet latiùs orbem, &

Civibus implebit splendida tecta poli.

M. Iohan. Theopoldus.

Augustinus libro de Sancta virginitate.

Dicimus meliorem conjugatam modestam, & obedientem, quam
sit virgo Superba, & contumax.

Tripart. his. lib. 2. cap. 14.

Paphnutius confessor surgens in medio, honorabiles confessus est
nuptias, & castitatem esse dixit, concubitus cum propria uxore.

A 2

ODE



ODE

Ad Sponsum &c.



Εχλαδόντισιν, Κυθήρῃα, ἤβῃ
δημνίοισιν θεμένη πόνοντε
πικρὸν, εἶπω Ἀμμελίοιο ψυχῆς
ἐκγεγαίας

λεπτόν ασβέσιο πυρὸς χάραγμα
παιδὸς ἀλγίσιο βῖω χάραξας;
ὦ πόποι! ὅσῃ μελέων ἀπ' ἄκρων
κήκειεν ἰδρώς!

ὅσῃ Δυναίης παφίης, Ἀθλίης Ἴ
Ἀμφιᾶχραντῆς ἐνάρων νέσιο
δηρὸν ἀλλήλοισι μάχῃ ἐχέσαιν,
δᾶπῃ ὄρωρε!

παλλὰς ἠτήθη, περὶ γέντο κύπρις,
νόσφι, μᾶλα, ἰοσαμένα παρείας
δάκρυσιν πηλημφρέμῃ. Ἄλλ' ἔρωτες
Ἄμματα νίκης

ἄκρα κόρησιν γεραῆς φέρουτες
χαιρέμῃ, νηλῆς ἀπαλλῷ ζυγίοιο
θεσμῷ ἤδη ἀζυγίῳ πείσοιν

τίπτε δ', ὦ δῖη Κυθήρῃα, δῖω
δεμνίοισιν μηνὶ γαμηλίοισι
σὶ θεραμβόθεντα νέον γαίοντα
ἐμβαλες, ἤβῃ;

εἰδοπὶ κρυπτοῖσι Δατρανώσω
σεῖο κῆρυξ. μὴν' ἐκάτοϊ ἀδελφῆ
Φιλέσ', οἱ ἱερὸν, Δισόχοισι.
ρίγεια θήρηε

ἔστρωται



ὄτρυνεῖ πόρρω μελέων ἀπώζα,
μὴν παλαιοῖσιν Δαναοῖσιν ἱερός,
ἱερός ἢ γ' ἀσκόλια, ἢ πιθοίγι
ἱερός ἔρωτι

Φίλα. Τόσσοισιν Κυθέρῃ ἔρωστε
μήδεσιν, κεδνὸν γάμον ἀμβάλοντο
μῆνα ἐς δῖον· πόσι σείο κἀτθῶ
νυμφίε θυμῶ.

Λυτὰρ ὕψιστον καλέειν ἀπαύσοις
πρῶτον Ὀχωλῆσι, θέμεθλα πῆξας
αἰρήραγῃ, καῖον χθονίοις πρὶν ἔργοις
πρασέμεν ἤτορ.

M. Marcus Fridericus Wendelinus,
Gymnasii Rector.



A L I U D.

HAmeli, quid, Sponse, rogas tuos nunc
Ut toros odâ decorem jugales,
Inter argutos aliquid strepamq;
Anser olores?
Mens quidem gestit tibi læta quævis
Scribere, at dudum mihi Musa squalet.
Ne tamen fallam aut tua vota turbem,
Accipe pauca.

A 3 Scripsit

*Augustinus lib.
2. cap. 34. con-
tra Pelagium
& Celestium.*

Scriptit insignis sapientiæ ales:
Esse sacratæ bona terna vitæ,
Quæ virum uxori ligat irretorto
Fædere soli.

Hic typus primum est thalami superni:
Alterum crescens soboles olympo:
Tertium sed casta fides in una
Carne duorum.

Hæc precor largè tibi Ihova præstet
Singula, & fato cumulet bonis te,
Quæ suis quondam dedit Iſaaco
Atque Rebeccæ,

*Samuel Fabricius Islebiensis
Ecclesie Servestanae Diaconus.*



ALIVD.

VErè beatus est, Deo,
Factus maritus, auspice,
Pudica quem domi fovet
Vitæ marita comparis,
Feracis haud solubili

Tori

Tori ligata vinculo.
Non hic opes Mida sitit,
Ducum nec aulas suspicit,
Habet sed, instar omnium,
Uxoris unum basium.
Hanc ardet, hanc amplexibus
Dulcissimis fovens, suam
Vitam vocat, suum decus,
Suumq; carum corculum.
Flagrans at illa non minus
Pari suum complectitur
Fide maritum, mutuis
Certant amoribus pares.
Verè tibi jam contigit,
Benignitate NUMINIS,
(Nam casta lecti fœdera
Suum trahunt primordium,
Ab hoc Propheta ceu docet,
Qui primus orbis conditi
Descripfit incunabula)
FRIDERICE Sponse, contrahas
Ut tale matrimonium,
Cum MARIA, que laudibus

Majo-

*Majoribus fertur, celer
Quàm nunc Jambus hic exprimit.
Hunc providus torum suâ
Deus potenti dexterâ
Tutetur, omne qui regit,
Patens quod orbis continet.
Cohorte nec non Calicâ
Sit septus hic, ne noxius
Dæmon malum huic ullum inferat:
Sed (insuper quod apprecor)
Amica pax, quies, amor,
Prolisq; dia gratia
Beent jugale gaudium.*

Christophorus Teichman Ser-
vestæ ad B. Nicolai Diaconus f.



ALIVD.

Andini est vatis: *numero Deus impare gaudet.*
Annon mens eadem, Sponse diserte, tibi est?
Artibus ingenuis nam tempora iusta locasti
In patriâ, legum scita sacrata colens.
Post tibi cura fuit peregrinas tendere in oras:
Ut sic augeat nobilitatis honor.

Visere

Visere nunc tandem satagis sapienter amœnam,
Ex qua olim referes læta trophæa, scholam.
Quid numero hoc melius? peregrinas noscere gentes:
Acrius & Musis invigilare bonis:
Coniugiiq; sacris sese submittere flammis.
Sic viget ingenui nomen honosque viri.
Quàm felix patria est! tali quæ gaudet alumno:
Qui mores hominum novit: & arte valet.
Quàm felix Sponsa est! Sat agit cui Sponsus amore,
Non fera, mitia sed bella movere, suo.
Quid vestro grater thalamo, non conspicio: illum
Cum cingant almi præmia magna Dei.
Hoc saltem precor: *ut fiant ne tadia tædæ:*
Nec dulcis thalami, tristis amaror, amor.
Sed casto placidi soles in amore terantur:
Largiter & thalamus LACTE MER Oq; fluat.
Finio. Dic, & eris duplo mihi nomine dives,
Quidnam contineant LACq; MERUMq; boni?

Abrahamus Cremerus, Minister
verbi divini Servestæ ad B. Barthol.



Ad Dn. Sponsum.

S P O N S E, locis variis plures non segniter annos
Cum sis sedatus iura sacrata Fori,
Non mirum, Vidua, sed adhuc florentibus annis,
Te luvenem spreta Virgine amore capi.
Coniugis, Hæc certe, quoties modò cunq; prioris
Poscebat curas Curia nostra graves,

B

Addi-

*Addidit perquam tractare negotia cautè,
Quae poscit Curis plurima plena Domus.
Hec Te iura Fori profitente MARIA fideli
Tractabit studio sedula iura Tori.
Nempe ita successu gaudet res pura secundo,
Si faciant partes Femina virque suas.*

*M. Petrus à Ihena Schola-Sen-
natoria Magister.*



Adornatissimum & doctissimum virum

Dn. FRIDERICUM HAMELIUM.
LL. Candidatum, Sponsum &c.

DEgeneres animos honor inflat & incitat, ipsos
Ne dubitent notos dissimulare suos.
Ast non elatos facit oblitusque suarum
Hos, artes Musæ quos docuere bonas:
Hinc, quamvis Viduâ potiariis Consulis ipsa,
Non FRIDERICE, tamen turgida corda geris.
Quin jurem, quod non quicquam mutatus ab ipso
Sis FRIDERICO, qui cognitus antè fuit.
Quodque alium nollet viduum transcendere lectum
Quàm te, ZIGLERUS, consul honore gravis:
Hoc tua sedulitas, probitas, moresque decentes
Et doctis meruit vita probata viris.
Quàm benè convenient inter se in amore iugali,
Consulis & natus, Consulis & vidua,
Ambo pares ortu, fortuna, moribus ambo;
Mores per similes conciliatur amor.

Iura

Iura tuus, FRIDERICE, pater dat Civibus æqua,
 Consilio meritis, & pietate gravis,
 Cuius in officio lucet prudentia, candor,
 Virtus, atque expers fraude doloque fides.
 Tu patris in mores is natus, crimine gestus,
 Atque tui mores, verba doloque carent:
 Hinc tibi plebs, proceres, patresque favere videntur,
 Immemor ipsi tui nec pater esse potest.
 Ast non emergant, quorum virtutibus obstant
 Invidi, & is, cui spes fidere maxima erat.
 Ne verò nimirum fides, FRIDERICE, favori:
 Nam favor ut vapor est, sentit uterque vicem.
 Fidere, fide Deo, si vis: Confide Iehovæ
 Omni qui meminit tempore se esse patrem.
 Quid faciat mihi homo? cum splendet, frangitur ipse,
 Et semet nulla parte juvare potest:
 En! FRIDERICE, sui sexus en! gloria fulget
 Aucta bonis varijs Sponsa MARIA tua;
 Cuius in ereptum virtus perspecta maritum
 Fatali sensus flexit amore tuos.
 Te FRIDERICE colit, suspirat, & ora reflectit
 In te unum, hanc rursus mi FRIDERICE cole.
 Plus jam dicturum, gratissimus, Hesperus, ignis
 Conjugibus, facto fine, tacere jubet.

M. Iohannes Coppenius.



A L I U D.

Praclarum legum studium atq; scientia iuris
 Promovet haud paucos. Exemplo est Sponsus, honesti
 Et pietatis amans, cuius cognitio iuris,

Vc

*Vt vidua, fecit, potiretur Consulis, ipsa
Quam probitas, pietas, vita integra plena Deoq;
Mens, lati risus, & cum gravitate lepores
Egregie decorant. Hæc inquirenda petenti
Vxorem; ast illis, certò stultissima mens est,
Qui quarunt formas, & opes, quos & dat, & auferre
Vna eademq; dies. Vestrum sit numine Christi,
Felix conjugium, pietas, dilectio constans,
Vna fides, unum cor, amor, Concordia, paxq;
Inter vos vigeant, & non discedere tentent.*

Matthæus V Volfius S.



ALIUD.

Eia dies (non fallor) adest, quem semper honestum
Semper honoratum vult Fridericus Hamel.
Hunc pia Sponsa petit, quam dilectissima Sponso
Pronubus hunc etiam poscit uterq; diem (est:
Tu tibi iegisti sociam, quæ cuncta decenter
Ferre potest tecum, seu bona, seu mala sint.
Hanc ergo fidem tu complecteris amore
Ardenti, sociam corpus ut ipse tuum.
Vivite felices, concordēs vivite semper,
Vivite pacifici, vosque valete diu.

Ernestus Stelbogen.

FINIS.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







an 45

XLVI

PTIAS

, jurisq; scientia
juvenis

DERI-

ELII, LL.

dati:

q; prudentissimi

E L S Senioris, in-
estanae Primarii

SPONSI,

æ MARIÆ, Viri
ate & pruden-
tissimi,

RI, Reipub. Serve-
re defuncti, re-
SPONSÆ,
ebratas

ris, Anno Christi
XIII.

ta ab amicis &
ous.

STÆ,

rias Dörfferus.